

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3063

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3069

L I T U R G I C I .

3070

DCCCXLVIII.

²³⁷ Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 275. f. per duas columnas bene exaratus et rubricatus continet *Epiſtolas et Evangelia cum expositiōne germanice redita.* In Praef. prolixa Interpres confutat primo eos, qui non censem̄ sacras literas in vulgatum sermonem transferendas, dein eos, qui ipsum huic provinciae imparem habebant. Incipit vero: *Mein Anweiger (Impugnatores, Wige, Bellum) hat ir selber gwissen darczu betwungen das si vncz (usque) an dieſew zeit geswigen ſind dawider zereden Das ich die heiligen ewbangeli ze Dewtsch pracht han. Nu ſind aber ander aufgeſtannden Die bat ir tumbleich Hochfart darczil pracht Das ſi krankcb (debilis) wider Red für ziebent vnd ſprechent: Was ſull wir Nu predigen. Seidt man die beiligen geschrifft auf plurigen (in arcibus) vnd in ſtuben vnd in den heūfern vnd in dewtscher Sprach liſt &c. Als auch die tünt (faciunt) Die durch ir uppicht gern wolten wider reden, Das Hochgelert phaffen vnd ſelig layen lobent vnd guet baiffent. Es iſt auch ein Hochfart der ungelerten philosopheier. — Vnd ſprechent auch ettlich aus Hochfart vnd aus neid, Ich ſei zu krankcb zu der kunſt zu diſen ſachen, Wann ich ſei in bochen ſchuellen nicht geſtanden. Das iſt war. Was aber gepræſens an mir iſt Das mag der heilig Geiſt mit ſeinen genaden vnd mit wol gelearter Lewt hilf vnd rat wol er-*

fullen. Doch han ich manigen erkannadt, der in bohen ſchuellen geſtannden iſt vnd iſt in der Aiuolt herwider kommen vnd er aus fuer. Er hab dann gelernt ſchieren (digladiari, laſcherma) Oder Herphen (citharam pulsare) Oder die gugel (cappam) maiferleibenn ſtellen &c. Operis jam haec eſt mi niata inſcriptio: *An ersten ſuntag des Aduents ſand Paul ad Romanos die leczen (Lectio) et initium: Wyſſund ſeit prueder wann zeit iſt ieczund von dem ſtaff auſſten &c. Ita Dominicarum, Feriarum et Festorum per totum annum circulus decurritur. Expositionibus Evangeliorum ſaepe piae fabellae, ſaepe vitiorum reprehensiones admifcentur. Sic Dom. I. poſt Pentec. de luxu Mulierum in vefitu: Die let Iren man nymer geen, tag noch nacht, ſi zeucht in zu, das er ir ain en ainfariben Mantl chauffen mues vnd ain ſeid ein par ermel. Si tut Im ſo wee vnd hat er anders nicht, Das er den akchsen aus dem phlueg mues verchauffen, und mues ir des chauffen, des ſi da pegert. — Ir mann ſolten in die ainfariben Mentel vnd die ſeidiñ ermelingegeben vnd chauffen ain chuelein, Darumb das ſi Irew chind ernertten &c. Ad calcem eleganti charactere legitur: Das puech Hat ausgeschriben Wennczlab Radpeck burger zu Kloſternewburg an Mittichen vor ſannd Dorothee tag Anno domini M^o CCCC vnd im LVII^o. Sed ipsam Interpretationem longe antiquiorem eſſe docent, cum ipſe ſtilus, tum ea, quae in glossa*

N n 2

Dom.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3063

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III. Wien 1795.

3071

C O D I C E S

3072

Dom. 2. Adv. leguntur de obscuratione Solis et Lunae: Die zway ding sind pey vnsfern zeiten geschehen. Ich wais aber (nicht?) ob sein yemandt gedenkbt — Das auch des mannes (lunae) schein pluet var (farb) ist worden, Des gee wir nicht Irr. Das geschbach, Do der kunig von vngern die armen lewt all bies morden Da zu Österreich vnd auf der marich (in Moravia) Da die Thattern vnd die walachen die armen lewt all erfluegen vnd hintriben &c. Id, quod de irruptionibus Hungarorum sub Andrea III, et maxime de illa anni 1291. intelligendum putem, de qua Chronicon Mellic. in Collect. Scriptt. Rer. Aust. Hier. Pezii T. I. col. 243. Eodem anno Ungari cum suo Rege Austriae hostiliter invadunt et multam cædem hominum, nec non captivitatem multorum faciunt. Non erat, qui eis resisteret. Itaque ineunte Sec. XIV. Autor noster Versionem suam adornasse videatur, quæ ab antiqui Idiomatis studiosis excuti mereretur.

DCCCXLIX.

554 Codex membraneus lat. Folior. nunc 135. 4. nitide picturatus, et exaratus characteribus, quos Mabillonius Langobardicos adpellat, litera *a* duplex *cc*, litera *t* literam *a* referente, litera *e* supra lineam evecta et litera *r* infra lineam producta, vix tamen Sec. XII. antiquior, et fortassis studiosa tantum ductuum veterum imitatio, *Liturgicus* est seu Bre-

viarium a *Psalterio* exordium ducens, cuius primum *Folium Titulum* et prima verba continens deperiit, ita, ut nunc initium sit: *Qui non habijt in consilio impiorum. et in via peccatorum non stetjt. &c.* Hoc eod. *Psalm* legitur ecclesia pro *Cathedra* et decidet pro defluet. Numerus *Psalmorum* ad CLXX. extenditur, variisque variis rubricis gaudent. Ita II. inscribitur: *Psalmus dauid II. legendus ad Evang. X. Vox christi ad apostolos. XLV. Vox apostolorum &c.* Post *Psalm. XII.* folium unum excidit. *Fol. 73. p. 2.* succedunt *Cantica Biblica*, *Hymnus Ambrosii*, *Angelicus*, *Oratio dominica*, *Symbolum Apostolorum* et *CPolitanum*, *Fides sancti Atbanissi et Litaniae*, in quibus praeter B. V. et tres Archangelos solus nominatur *Benedictus* reliquis omnibus in *Cboros* distributis. Quemadmodum vero *Litaniae ipsae*, ita et *Preces* illis subjunctae penitus ab hodie receptis abeunt. *Fol. 85. Cantici de aduentu domini.* Sequuntur de *Natiuitate*, in *dominicis diebus*, de *quadragesima*, de *resurrectione*, de *martiribus* et *virginibus*. Initium primi: *Ecce dominus in fortitudine ueniet. et brachium eius dominabitur &c.* *Fol. 90. p. 2. Incipit Legionarium per totum anni circulum.* Initium: *Sabbato de aduentu ad V. et Laud.* Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini &c. *Fol. 104. p. 2. Incipit hymnarium per totum annum. Ymn. ad nocturnum.* Primo dierum omnium quo mundus extat conditus &c.